UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. Vitare peccata est vitare occasiones peccatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Visual Library

II.

DE VITANDIS occaſionibus peccato-rum.

Vſitatum & utile dictum eſt, Vitare peccata eſt uitare occaſiones peccatorum, quod monet cauſas προκαταρκτικὰς lapſuum & periculorum, & occaſiones, hoc eſt, tempora, loca, perſonas quæ occaſiones delinquendi præbent, cauendas eſſe & noſtra diligentia & petitione gubernationis diuinæ. Sic Dina uitare hunc lapſum potuiſſet, ſi ut modeſtas uirgines decet, domi ſe continuiſſet. Nam ut grauiſſime Electra apud Euripidem inquit:

εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν.

Et Heſiodus.

οἴκοι βέλτερον εἶναι ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.

Auſsgehen war nie ſo gut/innen bleiben war beſſer.

Et in Heraclidis inquit Euripides.

γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν,
κάλλιστον, εἴσω δ' ἥσυχον μένειν δόμων.

Et in Troadibus de uitandis occaſionibus.

ὁρῶν δὲ τὴν σὲ φεῦγε μή σ' ἕλῃ πόθῳ.
αἱρεῖ γὰρ ὄμματ' ἀνδρῶν ἐξαιρεῖ πόλεις.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN